

πτολις ἤδη βασιλείος
 στρατὸς εἰς ἀντίπορον γεί-
 τονα χώραν, λινοδέσμων
 σχεδία πορθμὸν ἀμείψας
 Ἀθαμαντίδος Ἑλλας,

70

Metrum a primo ad quintum versum decem pedibus puris decurrit. De decapodia Ionica Alcaei quaedam notat Hephaestio p. 67. et Hephaestionis locum illustrat magnus Bentleyus 7 in Notis ad Ionica Horatii Carm. III. xii. Haec Aeschyli decapodia tetrametra duo cum tertio dimetro efficere potest. Melior autem divisio in dimetros videtur. 'Nihil tamen refert utrum tribus,' verba sunt summi viri ad Flacci sui Ionica, 'an duabus, aut unica, si fieri possit, linea decapodia quaeque scribatur.' Hactenus Burnsius. [Haec antistrophica distributionem paullo meliorem admittunt:

πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη βασιλείος
 στρατὸς εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν, λινοδέσμων
 σχεδία πορθμὸν ἀμείψας
 Ἀθαμαντίδος Ἑλλης,
 πολίγομφον ὄδισμα
 ζυγὸν ἀμφιβαλὼν ἀχέει πόντου.

1. 2. tetrameter Ionicus a minore. 3. dimeter Ion. a min. 4. 5. Idem metrum, anapaesto in primam sedem adsumto. 6. Trimeter Ion. a min. anapaestum in prima sede habens. Vid. Hermannii Elem. Doctr. Metr. p. 497. Tetrameter est Ionicus a minore catalecticis, apud Lexic. Seguier. p. 346. Ἀδριαναὶ γυναῖκες. Αἰσχύλος Ἰλιάσιν. Ἀδριαναὶ τε γυναῖκες τρόπον ἕξουσι γόων. Lege Ἰλιάσιν. Mox conjunge vv. 854. et 856. et 967. 103. 4. Ex Addendis.] ταῦτα δὲ, inquit Scholiasta, κωμωδεῖται Εὐπολις ἐν Μαρίκᾳ. Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρίκας. Eupolidis versus vel tetrameter Ionicus catalecticis est, vel post Μαρίκας sequebatur vox monosyllaba; fortasse καί. — In fabulae titulo, nescio an hic et alibi scribere oporteat Μαρικᾶντι. Aristophanes apud Eustath. ad Iliad. B. p. 300, 22. Ἄλλ' οὖν ἔγωγέ σοι λέγω Μαρικᾶντα μὴ κολάζειν. Idem tamen in Nub. 553. Εὐπολις μὲν τὸν Μαρίκαν πρώτιστον παρείλκυσεν. In quo versu Eupolideo forsitan scribendum Μαρικᾶντα πρώτος παρείλκυσεν. Grammatici tamen omnes citant Eupolin ἐν Μαρίκᾳ.

68. χθόνα pro χώραν Rob. C. Vid. infra 76.

70. Ἑλλης edd. Ἑλλας Med. Colb. 2.

Ibid. In his pes quisque primus est Mesomacrus ~ ~ ~. Diomed. apud Putsch. p. 478. Secundus est Molossus catalecticis. Burnsius.